UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Questiones spiritualis [con]uiuij delicias preferentes, super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis

Johannes <de Turrecremata>

Lyon, 18. Jan. 1509

Dominica sexta post trinitatem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70506

Visual Library

IN dominica ſexta ē euāgeliū. Niſi iuſticia vr̄a abūdauerit plus ⁊c. Matt. v. Circa qđ poſſunt diſputari ſequentes queſtiones. ¶ Prima. vtrum neceſſe ſit ad ingreſſum regni celorum ꝙ iuſticia fidelium abundantioꝛ ſit q̃ phariſeoꝛū. ¶ Secundo. vtrum ꝯuenienter cū dr̄. Qui dixerit fratri ſuo fatue. reꝰ erit gehēne ingnis ⁊c. aſſignent̃ tres gradus ire. ¶ Tertio. vtrū reconſiliatio fratris ſemper ſit facienda ante ablationez muneris ſiue ſacrificij.



D primaz queſtionez ſic ꝓcedit̃. Et videtur ꝙ nō ſit neceſſe ad ingreſſuz regni celoꝝ ꝙ iuſticia fidelium abūdātioꝛ ſit q̃ phariſeoꝛū. ¶ Primo ſic. Ad conſecutionē ſalutis eterne ⁊ ꝑ conſequens ad ingreſſum regni celoꝛum ſufficit obſeruantia diuine legis. ſm̄ illud ſaluatoris Matth. xix. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata. ſed vna ⁊ eadem videtur eſſe lex q̃tuz ad moralia ⁊ antiquoꝝ ⁊ nūc fideliū. ⁊ ꝑ cōſeq̄ns eadē iuſticia cū iuſticia vt ait plato ſit ars et diſciplina viuendi. ergo non oportet ꝙ abūdātioꝛ ſit iuſticia xp̄ianoꝛum q̃ fuerit phariſeoꝝ ad intrandum regnum celoꝝ. ¶ Secundo ſic. Si dicat̃ ꝙ ideo abūdātioꝛ debet eſſe noſtra iuſticia qꝛ lex moyſi non cohibebat animum ſꝫ manuz tantū. Cōtra. eodemmodo eſt oꝛdinare animuz ad virtutē vt cohibere a peccato ſed lex moſayca oꝛdinabat animum ad virtutē. vt patet Deut. vj. Diliges dominū deū tuū ⁊c. ergo et ipſa cohibebat animum a peccato. ¶ Tertio arguitur ſic. Iraſci non eſt illicitum. ergo nō videtur ꝙ ꝑ nō iraſci fratri ſuo ſit iuſticia chꝛiſtianoꝛum abundantioꝛ. cum nō videatur aliqđ addi qđ ſit maioꝛis perfectiōis q̃ iuſticia phariſeoꝝ. cōſequentia videtur bona. ꝓbatur aſſumptum. Primo ſic. Nullus motꝰ naturalis videt̃ eſſe culpabilis. ſed iraſci eſt motus naturalis. vt dicit gloſa i p̄ſenti euāgelio ergo iraſci nō eſt licitum. ¶ Secundo ſic. Nullꝰ peccat in eo qđ vitare nō poteſt. ſed iram homo vitare non poteſt. vt habetur in gloſa ſup̄ illud p̄s. Iraſcimini ⁊ nolite peccare. ergo aſſumptuz eſt veruz. ¶ In oppoſitū eſt euāgelium preſens. in quo chꝛiſtus inquit. Niſi iuſticia veſtra ⁊c. ¶ Reſpondeo dicenduz. ꝙ neceſſe eſt ꝙ iuſticia fidelium ſit abūdantioꝛ q̃ iuſticia phariſeoꝛuz. ſi ingredi velint regnum celoꝝ.

¶ Pro quo ſciendum ꝙ phari-
ſei credebant ꝑ precepta decalo
gi ſola opera exteriora ꝓhiberi
non motū animi. qꝛ vt credebāt
voluntas mala non eſt pecca-
tum niſi exeat in effectum. vnde
dicebant de hoc precepto. Non
occides ꝙ (vt hꝛ.ſ.ij.q.cvij. ar.
ij.) per hoc ꝓhibebatur occiden
di factum ⁊ non occidendi ꝓpo
ſituz. ⁊ hoc eſt qđ dicit ſaluatoꝛ
Audiſtis qꝛ dictum eſt antiquis
Non occides. hoc eſt. ſic interp̄-
tabant̄ preceptū hoc. Sed hunc
erroꝛez excludit ſaluatoꝛ dicēs.
Ego autem dico vobis. quoniā
omnis qui iraſcit̄ fratri ſuo reꝰ
erit iudicio. hoc eſt. nō ſolū qui
occiderit fratrem ſuuz ſʒ qui ira
ſcitur ei reꝰ erit iudicio. in quo
chꝛiſtus ſupaddendo ſuper actū
exterioꝛem homicidij actū inte
rioꝛem animi oſtēdit quomodo
iuſticia nr̄a debet abūdare plus
ꝙ̄ iuſticia phariſeoꝛum que ſo-
lum opus exterius pꝛohibebat.
⁊ ideo lex noua dicitur pfectioꝛ
ꝙ̄ vetus lex. in hoc ꝙ et animuz
et manum cohibet. ¶ Ad ratio-
nes in oppoſitum. ¶ Ad pꝛimaz
reſpondetur negando ꝯſequen-
tiam. Et ratio eſt quia licet vna
lex quo ad moꝛalia ſit vetus et
noua quantum ad ſubſtātiā pꝛe
ceptoꝛum. aliter tamen interpꝛe
tabat̄ a phariſeis. ⁊ aliter a chꝛi
ſto. et ſuſcipienda eſt a fidelibꝰ.
Unde Auguſtinus dicit contra
Fauſtuz. ꝙ pene omnia que mo
nuit vel pꝛecepit dominꝰ vbi ad
iungebat. Ego autez dico vobis
ibi inueniunt̄ etiaz in illis vete-
ribus libꝛis. ſed quia non intelli
gebant homicidium niſi per em
ptionem coꝛpoꝛis humani. ape-
ruit dn̄s omnem iniquum motū
ad nocēdū fratri i homicidij ge
nere ꝯtineri. ⁊ ꝙ̄tuz ad hmōi ex
plicitas manifeſtatiōes p̄cepta
noue legis dicūtur maioꝛis pfe
ctiōis p̄ceptis veteris legis. vn̄
obſeruātia legis nō ſufficiebat
ad ſalutem anime in antiquo te
ſtamento niſi lex iuxta interpꝛe-
tationem chꝛiſti intellecta et ob
ſeruata. ¶ Ad ſecundam reſpon
detur. ꝙ aliud eſt loqui de iuſti-
cia phariſeoꝛum. et aliud eſt de
lege veteri. Juſticia eñ phari-
ſeoꝛum erat. quia credebant ſo
lum opera exterioꝛa eſſe pecca-
ta et ſola illa pꝛohiberi. ſʒ lex ve
tus bene ꝓhibebat cum opere ex
terioꝛi etiam malam voluntatē
interioꝛem. ſicut ſupꝛa argutuz
eſt. etiam quia intentio legiſla-
toꝛis cuiuſlibet legis eſt facere
ciues bonos et virtuoſos. vt di
citur. ij. Ethi. ſed nullus poteſt
eſſe bonus et virtuoſus niſi ope
retur bona ex animo ⁊ deſiſtat a
malis. non ſolum opere ſed etiā
voluntate. ergo lex vetus vtpote
diuina ⁊ rectius poſita ꝙ̄ ſit que
cunq́ʒ lex ciuilis pꝛohibet nō ſo
lum opus exterius. ſʒ interioꝛa
animi. verum eſt tamen ꝙ nō co
hibeat aīum ſed manuz. Differt
eñ ꝓhibitio et cohibitio. qꝛ (vt
tāgit̄. ſ. ij. q. cvij. ar. j. ad ſecūdū)

pꝛohibitio fit ſolo verbo ⁊ abſq̃
pene cõminatiõe. Cohibitio eſt
que fit per factū vel per metum
ex pene cõminatione. Quia aūt
tantum ſe extendit cohibitio ſi/
ue coactio legis quantū ſe extē/
dit inflictio penarū determina/
tarum per legē. Nulla enim lex
habet virtutē coactiuā. niſi pro/
pter penas quas infligit vel cō/
minatur. ſic lex vetus non infli/
gebat nec cõminabatur niſi pe/
nas tempoꝛales infligēdas per
homines. et pro factis exterio/
ribus quoꝛum homo eſt cogni/
toꝛ. de interioꝛibus aūt non eſt
hominis iudicare nec penā infli
gere. Et ſic patet reſpōſio. q2 lex
vetus licet pꝛohibeat a peccato
omni. tam coꝛdis q̃ operis exte
rioꝛis. nō tamen cohibeat penā
imponēdo niſi opera exterioꝛa.
¶ Ad tertiā reſpōdetur negādo
ꝯñam. quoniā vt dicit Alexāder
de hal̃. in tertio. Aliud eſt iraſci
fratri. Aliud iraſci pctō. Aliud
iraſci abſolute. Iraſci fratri ſē/
per ꝓcedit ex vicio. ſic enim ira
dicitur vt dicit augu. vlciſcendi
libido. et ſic vt dicit ſctūs Tho.
ij. ij. q. cliiij. ar. iij. ad ſcdm. Xp̃s
loquif hic in euāgelio de motu
ire quo quis appetit pꝛoximi oc
ciſionē. aut quācūq̃ grauem le/
ſionem. cui appetitui ſi conſen/
ſus rationis ſuperuenit ſine du
bio peccatū mortale eſt. ⁊ ita nō
eſt licitum. Iraſci vero peccato
pꝛocedit ex virtute. quia ex amo
re vel zelo iuſticie. Iraſci vero
abſolute eſt mot⁹ indifferens. e
aliqñ eſt illicitum aliquādo nō.
Unde chꝛiſoſtom⁹ dicit ſuper
mattheū. Qui iraſcitur ſine cau
ſa reus eſt. qui vero cum cauſa
reus non eſt. ſi ira nō fuerit. nec
doctrina ꝓficit. nec iudicia ſta
nec crimina compeſcūtur.

D ſecūdaꝫ
queſtioneꝫ ſic
ꝓcedif. Et vi
detur q̃ nō cō
uenienter aſſi
gnēf tres gra
dus ire cum di
cif. Qui dixerit fratri ſuo fatu
reus erit gehenne ignis. Nam
apoſtolus galathas vocat inſe
ſatos ad Gal̃. iij. ⁊ domin⁹ Luc.
xxiiij. diſcipulos eūtes in caſtel
lum emaus vocat ſtultos. dicēs.
O ſtulti ⁊ tardi ad credendū c.
ergo videtur q̃ nō dicatur bene
q̃ qui dixerit fratri ſuo fatue.
reus erit gehenne ignis. ¶ In
oppoſitū eſt textus p̄ſentis euan
gelij. Reſpōdeo dicendū. q̃ vt
declaratur. ij. ij. q. clviij. ar. v. ad
tertiū. Triplex gradus ire cōue
nienter oꝛdinatus ponitur a do
mino in euāgelio pꝛeſenti. Pri
mus quidē eſt in coꝛde. qui nota
tur. cum dicitur. Qui iraſcitur
fratri ſuo. Scdꝰ eſt in oꝛe p ver
bum. confuſum cõtumelioſum.
qui notatur cum dicif. Qui aūt
dixerit fratri ſuo racha. qḋ eſt
interiectio iraſcentis. Tertius
gradus eſt quando ꝓceditur ad

contumeliam determinatã. qui
notatur cum dicit. Qui dixerit
fratri ſuo fatue.re⁹ erit ꝛc. Pri
mus gradus eſt minoris culpe
ꝙ ſecũdus ⁊ ſecũdus ꝙ tertius.
⁊ ideo pͥmo minor culpa deter-
minatur cũ dicit. Reus eſt ↄci-
lio.qꝛ minus eſt ꝙ iudices debe
rent cõgregari ad determinatio
nem alicuius pene ꝙ ꝙ iam ſit
adiudicatus.qͦ ponit in ſecũdo
cum dicitur. Reus erit iudicio.
⁊ hoc eſt min⁹ ꝙ ꝙ aliquis ſit iã
extreme pene determinatus.qͦ
ponitur in tertio gradu.cũ dicit
Reus erit gehẽne ignis. ¶ Ad
rationes in oppoſitũ rñdetur ꝙ
ſicut licitum eſt aliquẽ verbera
re.vel in reb⁹ dãnificare cauſa
diſcipline.ita etiam cauſa diſci
pline poteſt aliquis alteri quem
debet corrigere verbũ aliqͦ con
uicioſum dicere.⁊ hoc modo do
minus diſcipulos vocauit ſtul-
tos.⁊ apoſtolus galathas inſen
ſatos. Vñ ſicut dicit augu.in li
bro de ſermone dñi in mõte. Ra
ro ⁊ ex neceſſitate magna obiur
gationes ſunt adhibẽde.in qui-
bus non nobis ſed vt dño ſeruia
tur inſtemus. Concordat alexã-
der de hal.in.iij.ad argumentũ
predictuꝫ reſpõdens.ꝙ vt dicit
auguſtinus. Qui dixerit fatue.
duo ſubaudiuntur.ſcilꝫ ⁊ fratri
ſuo.⁊ ſine cauſa hoc eſt.vnde de
fenditur ꝙ apoſtol⁹ vocauit ga-
lathas ſtultos: quos ⁊ fratres
nominat.nõ enim hoc fecit ſine
cauſa.hec ille.

AD tertiam
queſtionem re
ſpõdet.ꝙ ſem
per recõcilia-
tio eſt fienda
ante oblatio-
nem muneris
ſiue ſacrificij.verũ diſtinguẽdũ
eſt.quia aut frater cui recõciliã
dus eſt quis eſt preſens.aut eſt
abſens.ſi abſens.ſufficit ire ſpi
ritualiter pedibus mẽtis. Unde
augu.in ſermone dñi in monte.
Pergẽdũ eſt nõ pedibus corpo-
ris ſed motibus animi.vt te hu-
mili affectu ꝓſternas fratri ad
quẽ chara cogitatione ↄcurris
in ↄſpectu eius cui munus obla
turus es. Hoc aũt dicitur quis
facere vt dicit nicolaus de lyra.
quando habet propoſitũ ſatiſfa-
ciendi loco ⁊ tẽpore competẽti.
Et hoc modo vtitur eccleſia ro-
mana.qui reum cõfitentẽ abſol
uit.⁊ ſibi ſatiſfactionẽ leſo fien
dam imponit. Si vͦo ſit preſens
⁊ cõmode poſſit ipſi⁹ fratris of-
fenſi haberi pͥſentia.eum nõ ſi-
mulato animo linire atqꝫ in gra
tiam ꝓuocare veniã poſtulando
debes.ac deinde offeras munus
tuuꝫ. ¶ Sed ſurgit hic alia que
ſtio.vtrũ ille cui iniuriat⁹ eſt de
beat amicitiã querere. ¶ Reſpõ
deo iuxta alexandrũ de halis in
tertio.ꝙ duplex eſt debitũ.ſ. de-
bitum neceſſitatis ⁊ ſine quo nõ
eſt ſalus.⁊ ſm hoc qui iniuriat⁹
eſt non debet recõciliationẽ que

rere. Unde auguſtin⁹ in ſermone dñi in mõte. Non veniã poſtulabis ab eo qui tibi iniuriam fecit. ſed tñ dimittas ſicut tibi a dño dimitti cupis qd ipſe cõmiſeris. Et eſt debitũ perfectionis qd ꝯfert ad maiorẽ gloriã. ⁊ hoc modo dicit chryſo. ꝙ iniuriat⁹ debes duplicẽ recõciliationem querere. vt duplicẽ gloriã cõſequaris. vnã qua iniuriatus es. alterã quia prior rogaſti. Nõ eñ volẽs te de⁹ ſubſternere ſub pedibus eius iubet te pri⁹ rogare ſed volẽs tibi humilitatis gloriam prouidere. hec ille.

In dominica ſeptima eſt euãgeliũ. In illo tẽpore. Cum multa turba ⁊c̃. matthei. viij. poſſũt diſputari q̃ in dñica quarta q̃drageſime diſputata ſunt.

In dominica octaua eſt euãgeliũ. Attendite a falſis ꝓphetꝫ ⁊c̃. matt. vij. Circa qd poſſunt diſputari ſequentes queſtiões. ¶ Prima. vtrum cauendi ſint falſi prophete. ¶ Scḋa. vtrum ſufficiẽs argumentum ad cognoſcendũ predictos lupos aſſignatur. cũ dicitur: A fructibus eorum cognoſcetis eos. ¶ Tertia. vtrum ſimpliciter ex volũtate iudicanda ſit actio bona vel mala.

Quo ad primã ſic ꝓceditur. Et videtur ꝙ nõ ſint cauendi falſi ꝓphete. ¶ Prio ſic. Nulli tales nunc ſunt. ergo ⁊c̃. antecedens probat̃ ex illo Matth. xj. Lex ⁊ prophete vſq; ad Johez. ergo videtur ꝙ nõ oporteat poſt tẽpora iohãnis a talib⁹ attẽdere. ¶ Secundo ſic. ſi dicantur per falſos ꝓphetas heretici. Contra. Apls inquit. j. Corin. xj. Oportet eſſe hereſes in eccleſia. vt qui probati ſunt manifeſti fiant. ergo non eſt attendendũ ſiue cauendũ ab eis. ¶ Tertio ex illo Matthei xiij. Ubi dominus mandauit vt ſerui permitterent creſcere zizania vſq; ad meſſem. ſed per zizaniam heretici intelligunt̃ ſm augu. ergo ⁊c̃. ¶ In oppoſitum eſt euangeliũ preſens. ¶ Reſpõdeo dicendũ ſub iſta cõcluſione. ꝙ diligenter cauendi ſunt falſi prophete qui hic heretici dicuntur. Et hoc multiplici ratione. Primo ſunt diligẽter cauendi. quia occulte veniunt ⁊ incedũt falſam doctrinam ſub virtutũ apparentia palliantes. Unde dicitur. Ueniunt in veſtimentis ouium. i. vt recti ſub bonis ope